

sum q̄ possint aliis committere, tunc licet ipsi Guardiani possint committere: non tamē eorum Vicarii, quia solum possunt Vicarii in absentia Guardianorum quid, & quomodo suis Guardianis ex vi Guardianatus concessum est, ut patet ex dictis. Nunc autem communiter conceditur guardianis ex vi sui Officii auctoritas Ministeri Provincialis actiue, & aliquando passiue, cum facultate etiam committendi aliis actiue, ut patet in literis guardianatus, & ideo eodem modo possunt eorum Vicarii committere aliis.

¶ Sed Pater Emmanuel art. 8. q. citat. dicit, q̄ si guardiani habent potestatem ad absoluendum suos subditos à casibus reseruatis. Potest Cofessor per ipsos electus, eos ab eisdem absoluere, secundum regulam, quam tradit Doctissimus Galetanus. 2. 2. q. 96. art. 5. scilicet, quod ille, qui habet potestatem ad dispensandum cum suis subditis, habet eandem potestatem ad dispensandum secum. Et art. 9. docet, ipsos guardianos posse committere suam auctoritatem in casibus particularibus, quando ab ipsis particulariter fuerit petita. Non tamen eam generaliter alicui committere possunt, ut quotiescumq; occasio se